

tionis temperaturam. Item si non terrestri
cibo membra corporis alantur deficient: et
ita a terreni principii mixtione erunt deserta.

Animalia uero si fuerint sine humoris potestate.
exanguinata et exucta a principiorum liquore
interarescent. igitur diuina mens que prope
necessaria esset gentibus non constituit difficilia
et cara uti sunt margarite: aurum: argentum:
cetera: que nec corpus nec natura desiderat.
sed sine quibus mortalium uita non potest esse
tuta effudit ad manus parata per omnes
mundum. Itaque ex his siquid desit forte
in corpore spiritus ad restituendum aer assig-
tus id prestat. apparatus autem ad auxilium
caloris solis imperus ac ignis inuentus tu-
torem efficit uitam. Item terrenus fructus
escarum prestans copias superuacuis desi-
derationibus alit et nutrit. Animalia pascen-
do continenter. aqua uero non solum potus sed
infinitas usus prebendo necessitates gratas
que est gratuita prestat utilitates. Ex eo autem
qui sacerdotia gerunt moribus egyptiorum
ostendunt omnis res eliquoris potestate co-